



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. II. De Creatione Mundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

entia Ideas omnium rerum possibilem contineat, ut primo capite ostensum est.

IV. Q. 3. *An Deus sit causa finalis omnium rerum?* Resp. S. Doctor a. 4. affirmativè; eò quòd omne agens propter finem agere debeat, ne casu omnia fieri dicantur; sed autem finis agentis & patientis esse debeat; ergo, cum res versa propter seipsum creaverit Deus, meritò omnium que causa finalis dicitur.

V. Q. 4. *An productio creaturarum sit communis Trinitati?* Resp. S. Thomas q. 45. a. 6. affirmativè, eò quòd producere aliquid, proprium sit agenti secundum essentiam spectato; essentia autem in Deo sit communis omnibus Personis. Per hoc tamen non negatur, quòd divinæ Personæ secundum rationem suæ processionis habeant causalitatem respectu creationis rerum; cum enim Deus ut supremus Artifex per verbum intellectu conceptum, quod est secunda Persona; & per amorem suæ voluntatis, qui est tertia Persona, omnia operetur, meritò processionem Personarum dicuntur rationes productionis creaturarum.

VI. Q. 5. *An in omnibus creaturis reperitur exemplum Trinitatis?* Resp. S. Doctor a. 7. cum S. Augustino affirmativè, eò quòd quælibet creatura subsistat in suo esse, ut sic repræsentet suum principium, atque adeò Personam Patris, qui est principium sine principio, demonstrat. præterea habeat quandam formam seu speciem, & ut repræsentet secundam Personam seu Verbum, quatenus eorum forma artificati oritur ex conceptione & Idea Artificis. Et denique habeat ordinem ad aliquid aliud, ob quem concepta fuerit facta dicitur; & per hoc repræsentat amorem Dei, tertiam Personam, ex quo ad operandum movente eorum procedunt.

ARTICULUS II.

De creatione Mundi.

I. Occasione hujus tituli S. Thomas q. 46. & cum aliis Theologis fusè hoc loco de creatione disputant, an facta sit ea sit ens distinctum à Deo aut creatura; item an sit propria Deo, ut nulli creaturæ communicari possit potest.

creandi, & similia, quæ hodie plerumque in Philosophia etiam traduntur. Quare omittis illis quæstionibus

II. Q. 1. *An Mundus in tempore fuerit productus; an ab æterno existerit?* Resp. affirmativè ex communi Theologorum omnium sententia; estque de fide, utpote in Concilio Lateranensi definita, & sat clarè in cap. 1. Gen. indicavit, ubi dicitur: *In principio creavit Deus cælum, & terram.*

III. Q. 2. *An totus Mundus simul in uno instanti, an per plures dies sit productus?* Resp. ex communi SS. Patrum & Scholasticorum sententia contra S. Augustinum ac multos Theologos, Mundum non simul fuisse productum, sed successivè per plures dies; eò quòd Scriptura, ut c. 1. Gen. apertè indicat, per plures dies illud opus fuisse absolutum, possit, atque adeò etiam debeat propriè accipi; maximè cum variæ etiam congruentiæ id ipsum non minus suadentes ab Authoribus passim afferantur, ut apud Tannerum d. 6. q. 1. du. 6. n. 13. videre est.

IV. Q. 3. *Quo die Mundus fuerit productus?* Resp. Tannerus l. c. n. 23. de hoc non posse esse controversiam; cum enim DEUS septimo die, id est, Sabbato quieverit, hoc primum diem, quo Mundus creati cæpit, Dominicam esse accessit, unde, etiam canit Ecclesia die Dominico in Hymno matutino: *Primo dierum omnium, quo Mundus creatus conditus.*

V. Q. 4. *Quo anni tempore Mundus sit conditus?* Resp. juxta veriorem & communiorem sententiam, teste Tannero l. c. n. 26. circa æquinoctium vernalis, mense Martio, fuisse conditum; tum quia tunc etiam terra germinare incipit, tum quia hoc tempore etiam præcipua alia DEI opera, ut Liberatio Populi Israëlitiæ ex Aegypto, Incarnatio, Mors & Resurrectio Christi, sunt patrata; & præterea verè verosimile est, SS. Patres id per traditionem accepisse.

ARTICULUS III.

De opere primæ diei.

I. Q. 1. *An cælum & terra prima die creati sint?* Resp. Etsi non pauci Authores cum S. Thoma sentiant, cælum